



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

Delvaux, André

Coloniæ Agrippinæ, 1686

Privilegium Cæsareum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

PRIVILEGIUM CÆSAREUM.

LEOPOLDUS divina favente Clementiã electus Romano-
 tum Imperator semper Augustus, ac Germaniã, Hungariã, & Bohemiã,
 &c. Rex, Archidux Austria, Dux Burgundiã, &c. Agnoscamus & notum faci-
 mus tenore presentium universis, quod cum nobis nostri & S. R. Imperii fideles di-
 lecti **VVILHELMUS & FRANCISCUS METTERNICH** Fratres, Cives & Bibliopola
 Colonenses humillimè exposuerint, quem in modum *Paratitla ANDREÆ
 VALLENSIS in Ius Canonicum* accuratius Typis exscribere & propriis suis sumpti-
 bus recudere proferreque constituerint; Vereantur autem, ne æmulorum invidiã
 novam hanc editionem imitantium sese impendii & laboris sui fructu frustrarentur; i-
 deoque nobis demisse supplicarunt, quatenus indemnitati eorum privilegio nostro
 Cæsareo clementer consulere dignaremur, &c. Proinde mandantes omnibus & sin-
 gulis Typographis, Bibliopolis, Bibliopegis aliisque rem seu negotiationem libra-
 riam exercentibus serio & districtè sub pœna decem marcarum auri puri, amissionis-
 que Exemplarium inhibentes, ne quisquam eorum præter præfatos impetrantes
 proximo sexennio à prima novissimæ editionis die computando dicta *Paratitla
 ANDREÆ VALLENSIS in Ius Canonicum* aucta & correctiora vel quovis modo
 mutata intra Sacri Imperii Regnorum ac Provinciarum nostrarum Hæreditariarum
 fines eodem aut alio typo vel forma, aut sub quovis vel additionis, correctionis,
 aliove prætextu, sive in toto sive in parte recudere vel alii recudenda dare, aliorum-
 ve impressa apportare, vendere vel distrahere, citra voluntatem & absque ipsorum
 Fratrum, Hæredum & Successorum expresso & in scriptis obtento consensu & licen-
 tiã præsumat. Si quis verò secus faciendo Privilegium hoc nostrum seu interdictum
 quovis modo transgredi, violare & contemnere deprehendatur, eum non solum hu-
 jusmodi libris, ubicunque locorum repertis perperam quippe recusis, seu apportatis
 (Quos dicti impetrantes **VVILHELMUS & FRANCISCUS METTERNICH** sive
 proprio, sive Magistratus ejus loci auxilio atque auctoritate sibi vindicare poterunt)
 de facto privandum, sed & supradicta pœna ex dimidia Fisco seu arario nostro im-
 periali, ex altera verò parti læsæ inferenda & pendenda, omni spe veniæ sublata
 multandum decernimus, dummodo tamen prædicta *PARATITLA* nihil bonis
 moribus, Orthodoxæque fidei contrarium, ad aliorum verò Bibliopolarum & Ty-
 pographorum cautelam, tenorem huius nostri Privilegii in fronte præimpressum con-
 tineant & quaterna ejus Exemplaria quam primum post ipsam novam editionem im-
 petrantium sumptibus ad Cancellariam nostram Imperialem aulicam transmittantur.
 Mandamus ergo, &c. uti latius patet in litteris datis Viennæ die primâ Mensis
 Aprilis 1687.

LEOPOLDVS.

Vt LEOPOLDVS GVILLIELMVS Comes in Kinigsegg.

(L. S.)

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis proprium
 JOANNES PROBST. mpp.

INDEX